LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 34r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

& senatu nunciar & Ludis circensibus proximis presultorem sibi displicuisse: q' Antonius maximus quidam verberatum seruum sub furca medio arco ad supplicium duxerit: Ideoq; ludos instaurari oportere: Et cum ille neglexisset: eodem die filium prodidisse: ipse autem graui morbo esse correptus: Et cum rursus eandem imaginem cerneret quereretur sanis ne penarum pro neglecto imperio pependisset: Lectica delatus ad consules omni re in senatu exposita recepisse corporis firmitatem suis q; pedibus domu redisse: Illud quoq; somnium non minoris admirationis fuit: quo cesar augustus dicitur esse seruatus: Nam cum bello ciuili brucano implicatus graui morbo abstinere prelio statuisset: medico eius artorio Minerue species obstitata est: monens: ne propter corporis imbecillitatem castris se cesar abstineret: Itaq; in acie lectica ferretur: & eodem die a bruto castra capta sunt: Multa preterea possunt talia exempla proferri: Sed vereor: ne si fuero in propositione rerum contrariis diutius immoratus: aut obliti esse propositi iudear: aut loquacitatis incurram crimen: -

Cesar augustus

Exponam igitur istorum omnium rationem: quo facilius res difficiles & obscure intelligantur: & has omnes simulatione omnis prestigias reuelabo: quibus induci homines a veritatis via recesserunt longius: Sed repetam longe amplius altius: ut si qs ad legendum veri expes & ignarus accesserit: instituatur: atq; intelligat: quod tandem sit caput horum & causa malorum: & lumine accepto suos ac veteris gnis humani pspiciat errores: Cum esset deus ad excogitandum prudentissimus: ad faciendum solertissimus antequ ordiretur hoc opus mundi: quoniam bonum & consummati boni fons in ipso erat: sicut est prius semper: ut ab eo bonum tamq; riuus ore oriretur: longeq; profluueret: produxit filium sui spiritum: qui esset iuxtatribus dei patris predictis: Quo autem id voluerit: in quarto docebimur conabimur libro: Deinde fecit alterum: in quo indoles diuine surpis no p mansit: itaq; suapte inuida tamq; veneno infectus est: & ex bono ad malum transcendit: suoq; arbitrio: quod illi a deo liberum fuerat datum: contrarium sibi nomen asciuit: Vnde apparet cunctorum malorum fontem esse liuorem: Inuidit enim illi antecessori suo: qui deo patri pseuerando tum comprobatus & & carus est: Hunc ergo ex bono p se malum effectum greci διάβολον appellant: nos criminatorem vocamus: q' crimina: in que ipse inlicit: ad deum deferat: Exorsus igitur deus fabricam mundi illum primum & maximum filium prefecit operi vniuso: eoq; fil

VIIII.

Cunctorum fons liuor malorum.